


I.



Conventum & concordatum est inter Serenissimam & Potentissimam Magnæ Britanniae Reginam, & Serenissimum ac Potentissimum Regem Christianissimum, Quod reciproca & omnibus modis absoluta sit Libertas Navigationis & Commercio- rum inter utriusque partis Subditos, per omnia & quævis Regiarum suarum Majestatum Regna, Status, Ditiones, & Provincias in Europa, circa omnia & singula Mercium genera, iis in Locis, iisque Conditionibus, modo formæque, prout in sequentibus Articulis definitur & statuitur.

II.

Ut vero inter antememoratarum partium Subditos, commercium & Amicitia secura dehinc, & ab omni Perturbatione & Molestia tuta sit, conventum & conclusum est, ut si quando inter Regiarum suarum Majestatum Coronas mala aliqua Intelligentia, & Amicitiae Interruptio Rupturave suboriantur, (quod Deus avertat,) tum Terminus sex Mensium post dictam Rupturam, utriusque partis Subditis in alterius Ditione commorantibus, dabitur, quo recipere sese una cum Familiis, Bonis, Mercimoniis, & Facultatibus suis, easque asportare licebit

I.



It is Agreed and Concluded between the most Serene and most Potent Queen of *Great Britain*, and the most Serene and most Potent, the most Christian King, That there shall be a reciprocal, and intirely perfect Liberty of Navigation and Commerce between the Subjects on each part, through all and every the Kingdoms, States, Dominions, and Provinces of Their Royal Majesties in *Europe*, concerning all and singular kinds of Goods, in those Places, and on those Conditions, and in such manner and form, as is settled and adjusted in the following Articles.

II.

But that the Commerce and Friendship between the Subjects of the abovesaid Parties may be hereafter secure, and free from all Trouble and Molestation, it is Agreed and Concluded, That if at any time any ill Understanding, and Breach of Friendship, or Rupture should happen between the Crowns of Their Royal Majesties (which God forbid) in such case the Term of Six Months shall be allowed, after the said Rupture, to the Subjects and Inhabitants on each part, residing in the Dominions of the other, in which they themselves quoquo-